2. LIBRI HISTORICI IDEO SIC DICTI, QUIA SIMPLICITER RES GESTAS ſeu hiſtorias continent.

LIBER JOSUÆ Cap. 24.

Caput I.

DEUS Joſuam confortat, eumq; terram promiſſam ſtrenuè oppugnare jubet.

2. Exploratores Jericho miſſos Rahab meretrix abſcondit, *Iac. 2.* & ſalvos dimittit, *Heb. 11.*

3. Joſua cum populo exiccatum Jordanem tranſit, *Pſal. 114.*

4. Lapides duodecim in memoriam ſiccati Jordanis eriguntur, *Deut. 27.*

5. Chananæi terrentur *Deut. 11. Ioſ. 2.* Iosua populum circumcidit *Num. 14.* Paſcha celebratur. Manna deficit. Joſuæ Dux Sanctus apparet.

6. Jericho ad clangorem buccinarum corruens exuritur. Rabab ſervatur, *Heb. 11.*

7. Iſraëlitæ ab Aitis fugantur, Achan per ſortem furti convictus lapidatur.

8. Ai urbs capta ſuccenditur, Lex ejus ſuſpenditur, altare erigitur, *Exod. 20. Deut. 27.*

9. Gibeonitæ callidi pacem impetrant *2. Sam. 21.* Joſua detecta fraude eos lixas eſſe jubet.